51.

Bischof Thimo von Meißen incorporirt dem von dem verstorbenen Kamenzer Bürger Nicolaus Kommer gestifteten Altare des heiligen Laurentius und Hieronymus und der seligen Jungfrau Barbara 10 Mark böhmischer Groschen Prager Münze polnischer Zahl, welche derselbe zu dessen Ausstattung erworben hat. **Stolpen, 1407 Aug. 14.**

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 77 mit S. an Pergamentstreif.

Thimo — episcopus Misnensis omnibus imperpetuum. Ad divini cultus augmentum —. Sane quia nobis certi census annui et redditus, puta decem marce grossorum Bohemicalium Pragensis monete et Polonicalis numeri, in et super cercioribus obvencionibus et proventibus nominati et instituti ac rite comparati in theolonio opidi Camencz — pro dote et proprietate altaris sanctorum Laurencii, Jeronimi et beate Barbare per providum virum Nicolaum Kommer opidanum in Camencz, dum vixit, in ecclesia parrochiali ibidem — nomine veri et perpetui — testamenti de novo erigendi et fundandi sunt oblati, — nos igitur — dictos census — dicto altari — incorporamus et confirmamus —. Rector vero altaris predicti pro tempore singulis diebus in ebdomada preterquam secundis feriis et sabbatis per anni circulum infra summam missam missas tempore plebano congruo, sic quidem cum in offertorio non impediat, in dicto altari tenebitur celebrare. Collacio eciam seu jus patronatus prefati altaris, cum plebano in Camencz competens sit factum restaurum, que ex primeva fundacione ad ipsum Nicolaum Kommer et ejus heredes ex fundacione et dote pertinebat, pro futuris temporibus ex libera dictorum heredum donacione — perpetue ad proconsulem, consules et juratos opidi Camencz pertinebit. — Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpin anno domini millesimo quadringentesimo septimo in vigilia assumpcionis beate Marie virginis.

52.

Bischof Thimo von Meißen incorporirt dem neu zu errichtenden Altare der Apostel Petrus und Paulus und des heiligen Geistes in der Pfarrkirche zu Kamenz einen Jahreszins von 10 Mark böhmischer Groschen Prager Münze polnischer Zahl auf den Erträgnissen des Zolls in der Stadt Kamenz.
Stolpen, 1407 Aug. 14.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 60 und No. 70 mit S.

Thimo — episcopus Misnensis omnibus imperpetuum. — Sane quia nobis certi census annui —, puta decem marce grossorum Bohemicalium Pragensis monete et Polonicalis numeri, in et super cercioribus obvencionibus et proventibus de theolonio opidi Camencz — de bonis ipsorum civium et certorum Christi fidelium — comparati — pro dote et proprietate altaris Petri et Pauli apostolorum et sancti spiritus per providos viros, proconsulem, consules et juratos opidi Camencz, in ecclesia parrochiali ibidem — de novo erigendi et fundandi sunt oblati —, nos igitur — dictos census — dicto altari — incorporamus —. Rector vero ipsius altaris pro tempore quatuor missas in ebdomada in dicto altari tenebitur celebrare. Collacio eciam seu jus patronatus —, cum plebano in